

Calixt III. an NvK, apostolischer Legat für das Königreich England. Er präzisiert und erweitert die Befugnisse des Kardinals zur Einziehung des Kreuzzugszehnten in Deutschland. Bei Unklarheiten über die tatsächliche Höhe der Einkünfte von Benefizien solle der Inhaber eine eidesstattliche Auskunft geben. Der Kardinal erhält weitreichende Straf-, Dispens- und Absolutionsvollmachten. Die Zahlungspflicht wird explizit auf die Besitzungen der exemten Orden ausgedehnt. Die Modalitäten zur Bezahlung der Notare und anderer an der Einziehung und Dokumentation des Zehnten beteiligter Personen werden geregelt.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 438, f. 260^v-262^r.¹⁾ Links am Rand: Ja. Lucensis.²⁾

Regest: Pitz, RG VII 247 Nr. 2195.

Erw.: Vansteenberghe, Le cardinal 231; Sciambra u.a., Liber brevium 101 Anm. 20; Setton, Papacy II 165; Harvey, England, Rome 188 Anm. 69.

Calisto etc. Dilecto filio nostro Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali, ad regnum Anglie nostro et apostolice sedis legato de latere, salutem etc. Cum te nuper pro subsidio parande expeditionis in Turcos in Germania deputaverimus ad publicandam cruciatam exigendamque ibidem decimam super fructibus ecclesiasticis a sede apostolica indicta et contra Turchos prefatos convertendam, prout in aliis nostris litteris plenius continetur³⁾ cumque nos verisimiliter arbitremur, quod inter 5 aliquas personas parcium earundem super verbis aut clausulis in litteris impositionis decime huiusmodi appositis utputa super eo, quod ubi dicitur, quod huiusmodi decima sub pena excommunicationis late sentencie solvatur „secundum verum valorem beneficiorum“⁴⁾ obtentorum, dubietates, altercationes et consciencie scrupulositates exoriri poterunt, propter quas solutio decime et exactio huiusmodi posset in aliquo differri. Et sicut accepimus, si circumspectioni tue super talibus decidendi et componendi necnon 10 super aliquibus casibus auctoritate apostolica absolvendi, disponendi et personarum conscienciis consulendi facultas largiretur, tu commissionem factam celerius et facilius expedires ac fructus uberiores et ad tam sanctum opus utiliores posses ex commissione tua huiusmodi verisimiliter reportare.

Nos igitur de tuis probitate, fide et intelligencia specialem in domino fiduciam obtinentes⁵⁾, tibi ut cum super vero beneficiorum seu fructuum ecclesiasticorum aliquorum valore apud aliquos contigerit 15 disceptari seu eciam hesitari, tu de vero valore huiusmodi iuramento coram te solempniter prestando et consciencie beneficiorum seu illorum, per quos erit solutio facienda, stare ac eis credere possis et debeas, ita quod ad ulteriorem solutionem non teneantur nec valeant alias coartari. Preterea, si infra limites tue commissionis te contigerit ad aliqua loca ecclesiastico interdicto auctoritate apostolica supposita declinare ac persone sic interdicte aliquod subventionis auxilium ad sanctum opus predictum 20 contribuere voluerint, tu interdictum ipsum de consensu illius, ad cuius instantiam fuerit impositum, ad tempus, de quo tibi videbitur, tollere et suspendere valeas, ita quod ab eis exegeris penes illos, apud quos pecuniam decime huiusmodi deposueris deponendo et assignando. Et insuper, si que tibi persone confiteri et in suorum remissionem peccaminum vel pro votorum per eos emissorum comutatione aliquid ad opus ipsum contribuere voluerint, tu personas ipsas ab omnibus peccatis eorum, de 25 quibus tibi confitebuntur, nisi talia sint, propter que sedes apostolica merito consulenda foret, absolvere et eis penitentiam salutarem iniungere necnon peregrinationis et abstinentie vota, si que emisierint, que commode servare non posse asserant, ultramarino et beatorum Petri et Pauli atque Jacobi apostolorum⁶⁾ necnon castitatis et religionis votis dumtaxat acceptis in predictum opus commutare et id, quod tibi videbitur, ad opus ipsum exigendo remittere possit. Rursus si alique persone bona, qui eos cum usuraria 30 pravitate acquistata penitentia ducte restituere ac de commissis tibi confiteri voluerint ac incerte sint, quibus sit restitutio facienda, tu eorum confessionibus diligenter auditis eos ab excessibus suis huiusmodi absolveris penitentiamque tibi salutarem iniungere necnon super satisfactione seu restitutione facienda huiusmodi cum eis componere et id ab eis, quod tibi videbitur, ad opus ipsum exigendo ablatum etiam possis et valeas, super quibus tuam conscienciam oneramus ac tibi plenam et liberam 35

5 quod: *folgt gestr. lite.* 14 et: *folgt gestr. industria.* 17 beneficiorum: *korr. aus beneficiorum.* 29 commutare: *em. commutare.* 33 penitentiamque: *em. penitentenciamque.*

auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et etiam indulgemus auctoritatem pariter et facultatem.

Ceterum, ne fratres minores et alii mendicantes ordinum quorumcumque certas possessiones et immobilia bona ex dispositione apostolica vel aliter obtinentes seu per se vel procuratorem suum
40 possidentes ab huiusmodi decime solutione se pretendant esse exemptos, nos eos ad solutionem eiusdem decime ratione bonorum eorundem teneri harum serie declaramus ac volumus tibi districtius iniungimus, ut eos ad solvendum decimam ipsam ratione bonorum huiusmodi alias iuxta ipsarum aliarum, quas ad id extendimus, nostrarum litterarum formam necnon iuxta potestatem tibi per eas attributam veluti ceteros non mendicantes auctoritate nostra coherceas et compellas. Contradictores
45 auctoritate etc., non obstantibus quibusvis aliis eis incontrarium concessis privilegiis etiam apostolicis quibusvis, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus statutis quoque et consuetudinibus ordinum eorundem iuramento, confirmatione apostolica seu quacumque firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibuscumque.

Rursus, ut singuli christifideles ad contribuendum huic sancto operi eo libentius incitentur, quod se ad
50 hoc uberiores gratie dono conspexerint muniri, omnibus et singulis christifidelibus, qui de bonis suis saltem usque ad summam quinque florenorum auri de camera ad sanctum opus huiusmodi contribuerint et in tuis ac illorum manibus, qui tecum decimam ipsam recipere habuerint, deposuerint, ut confessor ydoneus, quem duxerint eligendum, eis ac eorum singulis in sinceritate fidei, unitate sancte Romane ecclesie ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonicè
55 intrantium persistentibus omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, semel dumtaxat in vita absolutionem de reservatis et in mortis articulo plenariam remissionem auctoritate nostra concedere eisque litteras de concessionem et indulgentia huiusmodi sigillo signisque ordinarii loci et aliorum in receptione pecunie et decime huiusmodi presentium munitas et summam, quam erogaverunt, continentem, quas in certo libro nobis cum pecuniis ipsis vel ad partem transferendo
60 registrari volumus et pro illorum scriptura, confectione, sigillo et registratura non ultra duos bolendinos veteres, quorum quadraginta octo ducatum largum ytalicum faciunt, exigi, districtius et sub excommunicationis pena iubemus dandi facultatem et auctoritatem, et licentiam concedimus etiam per presentes.

Preterea, cum in aliis litteris ordinatum sit, quod solventes decimam aut quantitatem aliquam et recipientes apodissam⁷⁾ de soluto pro huiusmodi apodissa de soluto non ultra duos bolendinos antiquos
65 solvere teneantur, statuimus et ordinamus, quod de huiusmodi pecuniis apodissarum convenientem partem habeat notarius, qui computet et alias scripturas describet; ex altera parte satisfaciatur collectoribus et aliis, qui aliquomodo pro huiusmodi decimis et aliis oblationibus colligendis necessarias operas prestabant; et residuum cedat unacum aliis pecuniis, de quibus etiam quemadmodum in aliis computus debeat retineri. Volumus insuper, quod omnes et singulas per te ex premissis exigendas pecuniarum
70 summas et quantitates huiusmodi fideliter ac debite deponi et consignari, penes ydoneos et sufficientes depositarios, prout in aliis litteris nostris continetur⁸⁾, facias et procures. Et quia fortasse in aliis ita eris sedulo occupatus, ut tu ipsemet, sicut optares, personaliter supradicta exequi non valeas, ideo alium vel alios, qui vices tuas plene adimpleant aut viros probos deum timentes ac ad hoc opus ydoneos eligendi et deputandi cum omnimoda in premissis et circa ea facultate, qua a nobis habes, dato eis per te prius
75 iuramento, tibi per presentes licentiam damus et etiam potestatem.⁹⁾

Datum Rome apud sanctum Petrum anno etc. millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, sexto idus septembris pontificatus nostri anno primo.

Servatius¹⁰⁾

46 quoque: *folgt nochmals* quoque. 49 ad¹: *em. ac.* 51 ad²: *em. ac.* 64 antiquos: *nach gestr.* veteres.
66 describet: *de ü.d.Z.*

1) *Vgl. auch die in Nr. 4512 Anm. 3 genannten Bullen für andere Kollektoren, deren Formulierung teilweise mit Nr. 4516 übereinstimmt.*

2) *S.o. Nr. 4512 Anm. 2.*

3) *S.o. Nr. 4512.*

4) *Vgl. Nr. 4512 Anm. 6.*

5) *Vgl. die Formulierung in Nr. 4512 Z. 12f.*

6) *Die Wallfahrtsziele Jerusalem, Rom und Santiago de Compostela.*

7) *Quittung; s.o. Nr. 4512 Z. 29.*

8) *S.o. Nr. 4512 Z. 26-32.*

9) *Für sein eigenes Bistum nominierte NvK auf der Diözesansynode im November 1455 drei Kollektoren; s.u. Nr. 4599 Z. 13f. Da er die Legationsreise nicht antrat, dürfte es dabei geblieben sein.*

10) *Servatius Regis, päpstlicher Kanzleischreiber; s. Pitz, Supplikenregistratur 171.*